



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus,  
tum pro omnibus fidelibus communicaturis**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De Communionẽ in azymo, & fermentato, §. 9.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41783**

modi præcepto jejunii naturalis ante Communionem? Respondeo, solum Summum Pontificem, ex communi Doctorum sententia: qui tamen de facto, ut advertit De Lugo, e nec ipse dispensare solet. Rectè autem dicitur (solet) liquidem dispensasse aliquando, nempe Imperatori Carolo V. tradit f. Famianus Strada.

e De Lu-  
go ibid.

f Famian.  
Strada.

De Bello  
Belgico l. 2

dec. 1.

§. 9.

De Communionem in azymo, & in fermentato.

**C**um certum sit, & fusè a S. Th. 3. à Theologis a probatum p. 974. tum azymum, tum fermentatum artic. 4. & panem esse materiam consecrabilem, quo ad validitatem Sacramenti: Græcam vero Ecclesiam in fermentato, Latinam in azymo ritè consecrare: atque adeo Fideles utriusque Ecclesie suo quisque ritu sacram Eucharistiam quasi.

G 4

ristiam quasi.

rismam sumere consuevisse; aliqua quæ possunt in praxi occurrere, operæ prærium est explicare: præsertim nobis in Sicilia scribentibus, ubi multi (etiam integra Oppida) sub Græcorum Catholicè vivunt. Id, quod tamen, ut distinctius explicetur, altius est repetenda disputatio, nimirum ab ipso ritu consecrandi in azymo, vel fermentato, ut facilius ad communionem in iisdem explicandam, quæ ad nos pertinet, accedamus.

## §. II.

*An Sacerdos celebrare debeat in azymo, vel fermentato.*

2 Certum est primò, ex necessitate præcepti, à quolibet Sacerdote, b juxta propriæ Ecclesiæ consuetudinem, hoc est à Græco in Græca Ecclesia fermentatum, à Latino in Latina Eccle-

b S. Thom.  
Suarez,  
Laym. citati, alii-  
que mox  
tandi.

Ecc  
ad co  
pecca  
sensu  
tudine  
utroq  
tis. A  
auth  
const  
Latin  
ritu n  
celeb  
3  
Laym  
sitat  
quan  
tus, &  
Græc  
ment  
quia  
tantio  
specta  
clesia  
gravit  
sempe  
hic si

Ecclesia azymum assumi debere ad consecrandum: si fecus fiat, peccari mortaliter, Ratio est sensus Ecclesiæ semper consuetudinem hanc gravissimam in utroque respectivè ritu judican-  
 tis. Adde Concilii c Florentini  
 auctoritatem. Adde & Pii V.  
 constitutionem d' ibi. Ne Græci  
 Latino more, & Latini Græco  
 ritu missas, & alia divina officia  
 celebrent.

3 Hinc infert e Suarez, &  
 Layman f neque in casu neces-  
 sitatis dandi ægroto Viaticum,  
 quando deest materia proprii ri-  
 tus, & suppetit alia, licitum esse  
 Græco in azymo, Latino in fer-  
 mentato consecrare. Ratio est,  
 quia ad Ecclesiæ majestatem,  
 tantique mysterii reverentiam  
 spectat, ut non nisi servatis Ec-  
 clesiarum antiquis ritibus, qui  
 gravissimi & strictissimi juris  
 semper judicati sunt, (qualis est  
 hic sine controversia) conficia-

G s

tur.

c Concil.  
 Flor. in li-  
 teris unio-  
 nis.

d Pius V.  
 const. 12

e Suar. de  
 Euc. d 44  
 sec. 3. in fi-  
 ne.

f Laym.  
 l. 5. tr 4.  
 c. 2. n 4.

isse; ali-  
 xi occur-  
 st explica-  
 in Sicilia  
 ti (etiam  
 Græco ritu  
 quod ca-  
 xplicetur,  
 isputatio,  
 onsecran-  
 mentato, ut  
 nem in iif-  
 uæ ad nos

debeat in  
 mentato.

s, ex ne-  
 à quolibet  
 propria Ec-  
 o, hoc est à  
 ecclesia fer-  
 in Latina  
 Eccle-

tur. Neque enim propter necessitates privatas debent publicæ, & universales, gravesque consuetudines negligi. Bonum igitur Religionis publicum, debet præferri bono spirituali particulari moribundi; & multo magis, quia Eucharistiæ sumptio non est ita absolutè necessaria ad salutem, sicuti pœnitentia, & baptisimus.

4 Quid si aliud Sacramentum talis infirmus, v. g. pœnitentiam, habere non potuerit, ita ut credatur posse, ex probabili sententia g. judicari ponendum in gratia per receptionem Eucharistiæ? Respondeo, neque esse puto permittendum: quia non est aperienda via ad tam gravem consuetudinem deserendam: nam sic etiam aperiatur via ad faciendum sacrum in simili necessitate, sine ullis vestibus sacris, sub vesperas, in una tantum specie, imò & consecrare sine missa, &c.

Impu-

g. Sup. c. 1.  
§. 1. n. 2.

imputet igitur sibi infirmus, si  
 nolit (cūm Dei gratia semper  
 præsto sit) conterere, & sic justi-  
 ficari. In tanta necessitate in-  
 clinarem ad id, ad quod etiam,  
 pro ordinario Viatico, videtur  
 inclinare Suarez, *h* ut nimirum *h* Suarez  
 possit Græcus in Ecclesia Græca *dicta sec 3*  
 celebrare in azymo, non vero *fine*.  
 Latinus in fermentato. Ratio  
 est, quia minus est recedere à  
 consuetudine partis, quàm à  
 consuetudine capituli: Quoniam  
 ergo Græcus recederet à more  
 Ecclesiæ Græcæ, quæ est mem-  
 brum, seu pars: Latinus verò à  
 more Ecclesiæ Latinæ, quæ est  
 caput; videtur Græcus posse ex-  
 culari in tanta necessitate ad  
 consecrandam in azymo, non  
 vero Latinus in fermentato.

¶ Certum est secundò cum  
 soleant in Ecclesia Latina esse  
 aliqua templa, ubi Græcis Græ-  
 co ritu: & in Ecclesia Græca ubi  
 Latinis Latino more celebrare

conceditur; certum inquam est quemlibet in dictis respectivè templis, etiam si solum per transitum ibidem inveniatur, debere suum ritum servare. Ratio est quia tunc perinde se habent, ac si in propria Ecclesia versarentur: propterea enim hoc privilegium habendi ibi sua templa concessum censetur, ut quilibet suum illæsum custodiat ritum. Quamobrem, quia Panormi v. g. existit templum S. Sophiæ, & Messanæ templum S. Catharinæ, ubi Græci Græco ritu celebrant; non poterit Græcus in iis Civitatibus nisi more Græco sacrificare.

6 Quod si contingat, quòd Latinus celebrare velit in dictis eisdem templis Græcorum; non poterit nisi more Latino sacrificare: & similiter si contingat quòd Græcus ibidem habitans celebrare velit in templis Latinorum; more Græco celebrare oportet.

*i Suarez  
ibid §. il.  
lud vero.*

*1<sup>a</sup> var ib.  
Coninch.  
de Euch.  
q 7<sup>a</sup> ar 4  
dub 3<sup>a</sup>  
119.*

oportet  
ibi ha  
tur esse  
accide  
cent i  
quod e  
region  
pla; c  
bus O  
adsum  
dem i  
La Pia  
galis  
Græc  
quanc  
sam c  
rum,  
noru  
stodit  
7  
quiel  
Sacer  
Occid  
in O  
temp  
Di

oportebit. Ratio est, quia cum  
 ibi habeant sua templa; judican-  
 tur esse in sua Ecclesia, & per  
 accidens est, quòd nunc sacri-  
 cent in templo alieno. Atque id  
 quod dicimus quando in nostris  
 regionibus existunt Græca tem-  
 pla; dicendum erit de regioni-  
 bus Orientalibus, quando ibi  
 adsunt templa Latina. Et qui-  
 dem ita observari vidi in oppido  
 La Piana in diœcesi Montis Re-  
 galis, ubi sunt sua templa pro  
 Græcis, & sua pro Latinis. Nam  
 quando accidit ut Latinus mis-  
 sam celebret in templo Græco-  
 rum, & Græcus in templo Lati-  
 norum; suum ritum quisque cu-  
 stodit

7 Difficultas igitur superest,  
 quid dicendum quando Græcus  
 Sacerdos invenitur in partibus  
 Occidentalibus, Latinus vero  
 in Orientalibus, ubi sui ritus  
 templa non adsint?

Dico esse distinguendum: nam

G 7

vel



*in Sua  
ibi. §. di-  
Et illud  
vero in fo-  
no.*

*in Suarez  
dicto §. si-  
lud vero  
Coninch.  
de Euch.  
q. 74. ar. 4  
dub. 3. n.  
117.  
© *Id. ibid.**

vel hic Græcus, Latinusve mu-  
tavit omnino domicilium, ani-  
mo scilicet ibi perpetuò manen-  
di, vel non mutavit domicilium,  
sed est ibi per transitum, seu et-  
iam per habitationem alicujus  
temporis: Si primum, debet in  
ritu Ecclesiæ, ubi sedem fixit, ce-  
lebrare, nec potest *m* in suo, sine  
Pontificis privilegio. Ratio est  
quia jam est membrum Eccle-  
siæ, in qua firmam posuit sedem  
sui domicilii: ergo ejusdem Ec-  
clesiæ mores excipere tenetur.  
Ita Suarez, & Coninch loquen-  
tes de Sacerdote Græco, eadem-  
que est ratio de Latino. Si se-  
cundum, licet possit *n* confor-  
mem se reddere cum ritu loci, in  
quo est, & consequenter Græcus  
in azymo, & Latinus in fer-  
mentato consecrare; non tamen  
obligatur, o cum possit in suo ri-  
tu persistere, si libeat. Ratio est  
quia est prebabilissima opi-  
nio,

nio, p  
per al  
non te  
confu  
transi  
8 A  
exped  
quis c  
non su  
locoru  
que E  
servan  
ejusde  
pars:  
nostre  
absolu  
suetud  
esse in  
eo, q  
ranse  
mora  
tus, &  
Latin  
Latin  
Suas e  
pediti

nio, p̄ quemlibet transeuntem per aliquem locum posse, sed non teneri se accommodare cum consuetudinibus loci, per quem transit.

8 Adverto primò melius, & expeditius esse, si in suo ritu quis celebret. Ratio est quia hæc non sunt consuetudines propriæ locorum, sed universales utriusque Ecclesiæ, quas præstat observari à quolibet, quandiu est ejusdem Ecclesiæ membrum & pars: ac talis supponitur in casu nostro, cum non dum mutaverit absolutè domicilium. Adde consuetudinem, quæ sic jam videtur esse introducta, fundaturque in eo, quod difficile esset Græco transeunti etiam cum aliqua mora per regiones Latinas, ritus, & ordinem, ceremoniasque Latinas ediscere: & similiter Latino per regiones Græcas. Suas ergo quisque missas & expeditius recitabit, & melius in sua

p *Conineb*

d. q 74.

ar. 4. deb.

3. *Castrop.*

29. 1. de

leg. disp. 1.

p. 24. §. 3.

m. 11. *Ma-*

*rollo d. 4.*

*de leg. c. 2.*

*sec. 4. m.*

536.

ve mu-  
n, ani  
manen-  
cilium,  
seu et-  
licujus  
ebet in  
ixit, ce-  
o, sine  
atio est  
Eccle-  
sedem  
em Eca-  
enetur  
oquen-  
adem-  
si se-  
onfor-  
oci, in  
Græcus  
in fer-  
tamen  
suo ri-  
tio est  
opi-  
nio,

¶ Leo IX.  
in ep. ad  
Michael  
const. c. 29.

¶ Sanch.  
Lessuar  
aliquae a-  
pud Me-  
rollam cit.  
sec. 3. n.  
§ 23.

¶ Suarez  
dicto §. il-  
lud vero.

ritu consecrabit. Quod certe videtur insinuari à Leone IX. qibi. Ut quisque juxta suæ Ecclesiæ ritum celebrare sinatur, etiam si in alieno solo versetur.

9 Adverte Secundo licet in aliis casibus peregrinus teneatur r legibus loci se accommodare, quando non est in tali loco per brevem transitum, sed per aliquod notabile tempus, puta per majorem anni partem: dantque exemplum Doctores de studiosis extraneis, qui verè dicuntur habitare in ea urbe ubi student, non tamen habere domicilium: licet, inquam, ita sit in aliis casibus; tamen in hac nostra materia, nisi Græcus, Latinusve fixam sedem, modo supra dicto, posuerit, quamvis per aliquod tempus notabile ibidem fuerit; non tenetur, licet possit, loci celebrandi ritum excipere. Id quod licet non tam clarè docuerit Suarez, § clarius docet

Ca-

Coni-  
tione  
ti alla

An  
La

10 I  
azym  
tato  
que S  
Iden  
licom  
tione  
let. e  
num:  
ter vi  
cis,  
enim  
erant  
ciunt  
licet  
trahi

Coninch, & merito : nam rationes, modo numero præcedenti allatæ, id etiam probant.

t Coninch  
d. dub. 3.  
n. 118.

*An Laicus Græcus in azymo, & Latinus in fermentato licitè communicare aliquando possit.*

a Fag. 3.  
Eccl. præc.  
l. 2. c. 2.

10 **F**agundez a docet Græcum communicando in azymo, & Latinum in fermentato peccare mortaliter, citatque S. Thom. b Cajet. c Suarium. d Idem repetit paulo post, etiam si communicare velint ex devotione: & præter dictos citat Tolet. e Henriquez f & Bellarium: g qui omnes à me diligenter vili in citatis à Fagundez locis, id non dicunt: loquuntur enim de Sacerdotibus consecrantibus, nec mentionem faciunt de laico communicante: & licet è consecratione potuerit trahi consequentia ad communicationem;

n. 5. 6.  
b S. Th. 3.  
part. q. 74  
art. 4.  
c Cajet. ib.  
d Suar d.  
§. illud  
vero  
e Tolet. l. 2  
c. 25. n. 6.  
f Henriq.  
de Euch.  
l. 8 c. 10.  
g Bell l. 4  
de Euch.  
c. 8.

nionem; illam tamen ii Doctores non deduxerunt, nec certe absolutè erat deducenda, ut ex dicendis patebit.

11 Dico Primo laicus Græcus in partibus Orientalibus, Latinus in Occidentalibus peccatum mortale regulariter committit, nisi communicet in suo ritu. Ratio est prædicta Ecclesiarum consuetudo, quæ sine dubio propter connexionem, quæ est inter consecrandum, & communicandum, huc se debet extendere, quando aliquid in contrarium non adest.

12 Dixi (regulariter, & quando quid non est in contrarium) Siquidem hic potest esse casus: qui, quamvis rarissimè contingat; ostendit tamen diversitatem obligationis, quam contrahimus in communicando, ab ea, quam contrahimus in consecrando. Fac enim in Orientali Ecclesia adesse Græcum moribundum (&

(& idem in hoc casu erit in Occidentali de Latino) qui indigeat Viatico, nec adsit ibi, nisi Sacerdos Latinus Peregrinus, qui sacrum confecerit in azymo: poterit ne hic Græcus infirmus communicari pro Viatico in azymo? Profecto posse puto. Ratio est Primò: quia consuetudo gravissima servandi hos universales ritus de azymo, vel fermentato; pro consecratione à Doctoribus citatis adducitur: pro laica communione, nequaquam. Et ipse Pius V. & supra allatus dum sic inhibet: Ne Græci præcipuè uxorati, Latino more, & Latini Græco ritu missas, & alia divina officia celebrent, vel celebrare faciant: clarè de consecratione loquitur, non de laica communione. Secundò quia favet disparitas non mediocris: continet enim longè quid minus de ritu Ecclesiæ laica communio, quàm Sacrificium: hoc enim est

*h Pius V.  
const. 12.*

ex se publicum, illa privata: hoc involvit sexcentas ceremonias, illa satis pauca: in hoc conficitur Sanctissimum Christi Corpus, adeoque conficitur Sacramentum, in illo, solum quod confectum est, distribuitur, &c. Tertio quia casus propositus tam rarus est, ut non potuerit tam sæpè evenisse, ut consuetudinem induxerit. Quarto non possum mihi persuadere piam matrem Ecclesiam invitam censi in communicando ægroto, per alienum ritum Catholicum, unde nullum scandalum, nulla irreverentia, nullus novus ritus inducendus timeatur: & unde denique, propter raritatem eventus, nulla ansa tribui præsumatur universales consuetudines non servandi: quæ omnia timeri facilius poterant in consecrando per alienum ritum, ut supra num. 3. dictum est.

13 Dico Secundò Græcum in Latina

Latina  
Græco  
clesia  
Latino  
suetudi  
commu  
dine, r  
stris his  
ter obs  
posse.  
quia, ut  
concess  
ritus, u  
tellige  
mero p  
14 R  
ta, qua  
quo oli  
sui, jam  
profess  
bus cele  
commu  
Pontifi  
mam, u  
charisti  
tiam pl

Latina Ecclesia, ubi templa sunt  
 Græcorum, & Latinum in Ec-  
 clesia Græca, ubi templa sunt  
 Latinorum, ex antiquiore con-  
 suetudine debuisse in suo ritu  
 communicare: sed ex consuetu-  
 dine, recentiore, saltem in no-  
 stris his Siciliae partibus, eos ali-  
 ter observare, non immerito,  
 posse. Ratio prioris partis est,  
 quia, ut supra i diximus, ad hoc  
 concessa sunt illa templa alieni  
 ritus, ut quisque suum servet: in-  
 tellige cum exceptione dicta nu-  
 mero præcedente.

i Sup. n. 35

14 Ratio posterioris partis est  
 ea, quam proponendo casum, de  
 quo olim Messanæ interrogatus  
 fui, jam subdo. In nostro domus  
 professæ templo singulis mensi-  
 bus celebratur solemnitas fidelium  
 communio, ex privilegio Summi  
 Pontificis concessa, in eam for-  
 mam, ut qui ibidem Sacram Eu-  
 charistiam suscipit, Indulgen-  
 tiam plenissimam lucretur. Græ-  
 oi



ci ergo non nulli Græco more  
 Messanæ viventes, solitique in  
 fermentato apud templum S.  
 Catharinæ, ubi Græcus ritus  
 servatur, communicare, interro-  
 gaverunt nostros an possent  
 apud nostrum Societatis tem-  
 plum Eucharistiam in azymo  
 recipere, Indulgentiamque lu-  
 erari? Ex Fagundez cum 10. al-  
 lato, videbatur multis, negati-  
 vè, esse respondendum: Nihilo-  
 minus putavi non esse illos tanto  
 bono defraudandos, atque adeo  
 posse. Motus fui Primò quia  
 Pontifex, dum eam Indulgen-  
 tiam omnibus Fidelibus conce-  
 dit, non videtur velle excludere  
 Græcos ibidem commorantes:  
 quare cum ex alia parte deter-  
 minet locum communionis, ubi  
 non nisi in azymo Eucharistia  
 distribuitur; videtur implicite  
 concedere facultatem in illa  
 communicandi. Secundò quia  
 non solum in hoc casu, sed etiam  
 nulla

nulla in  
 normi,  
 templum  
 servatur  
 talis ritu  
 scholaru  
 rentes, p  
 gregatio  
 dicant, p  
 in azymo  
 servasser  
 scorso n  
 tio, & er  
 Congreg  
 um præ  
 mea i  
 plis Gra  
 us? respo  
 semper  
 a conse  
 quare ne  
 quia c  
 gi mu  
 apud illu  
 opum N  
 am D. lo

nulla interveniente causa, Pa-  
 normi, ubi nihilominus existit  
 templum Sanctæ Sophiæ, in quo  
 servatur pro Orientalibus Oriē-  
 talis ritus, Auditores nostrarum  
 Scholarum Græci Græco ritu vi-  
 ventes, passim, in nostris Con-  
 gregationibus, tēplisq; commu-  
 nicant, perinde ac ceteri Latini,  
 in azymo: id quod, cum ego ob-  
 servassem, atque à P. Francisco  
 Scorso nostræ Societatis viro do-  
 cto, & erudito, qui uni ex iis  
 Congregationibus Philosopho-  
 rum præerat, inquisissem, atque  
 mea interrogatione motus, ab  
 ipsis Græcis esset rem sciscita-  
 tus? responderunt se sine scrupu-  
 lo semper ita fecisse, nec esse à  
 sua consuetudine repellendos:  
 quare nec nos repulimus. Ter-  
 tiò quia cum ego minimus Theol.  
 cogi mune in merito fungerer  
 apud Illustrissimum Archiepif-  
 scopum Montis Regalis Domi-  
 num D. Ioannem de Torresiglia,  
 in

in visitatione Oppidi La Piana  
 ejus diœcesis, adverti Græcos  
 non infrequenter in Ecclesia  
 Latina (quæ ibi cum suo Archi-  
 presbytero, seu Parocho La-  
 tino pro Latinis residet) in  
 azymis sine ullo scrupulo com-  
 municare: non verò è contra  
 Latinos in templis Græco-  
 rum in fermentato. Quare ra-  
 tionem diversitatis inquire-  
 re volui: responderuntque ii  
 Sacerdotes id fieri, quia cum  
 sit universalior ritus Roma-  
 nus, quàm Græcus; licet Græ-  
 co-Romanum, utpote universa-  
 liorem, sequi: non verò Roma-  
 no Græcum. Hæc illi. Sed li-  
 cet ratio hæc nimis probet, pro-  
 batenim Græcos etiam in Eccle-  
 sia Græca existentes, ad libitum,  
 Latinos ritus sequi posse; ta-  
 men, & tangit rationem, quam  
 ex Suario supra num. 4. diximus:  
 & satis mihi est, usurpationem  
 illam Græcorum communicandi  
 ali-

aliqua  
 ut on  
 damna  
 me aut  
 Illustr  
 illos n  
 Hæc  
 sanæ d  
 re inte  
 tum m  
 15  
 versan  
 lum ex  
 de Lat  
 cos, u  
 templ  
 Sienim  
 lium; c  
 nicare  
 eadem  
 quia sc  
 Eccles  
 etum  
 propte  
 Si ve  
 rit, se

aliquando in azymo, non statim, ut omnino illegitimam, esse damnandam. Nam propterea, me authore, à tali consuetudine Illustrissimus Præful oppidanus illos nequaquam dimovit.

Hactenus de resolutione Messanæ data: ex qua, quod probare intendebamus, jam probatum manet.

15 Dico. Tertiò de Græco versante Inter Latinos, ubi nullum existit templum Græcum, & de Latino versante inter Græcos, ubi nullum adest Latinum templum, esse distinguendum. Si enim Fidelis mutavit domicilium; debet regulariter communicare ritu domicilii. Ratio est eadem, ac dicta supra num. 7. quia scilicet factus est pars illius Ecclesiæ, in qua sedem fixit. Dicitur autem est (regulariter) propter illa, quæ dicta sunt n. 12. Si vero domicilium non mutavit, sed est iter agens, vel incola

H. P. C.

a Piana  
Græcos  
Ecclesia  
o Archi-  
cho La-  
det) in  
lo com-  
è contra  
Græco-  
yare ra-  
inquire  
antque ii  
uia cum  
Roma-  
cet Græ-  
universa-  
Roma-  
Sed li-  
obet, pro-  
in Eccle-  
libitum,  
sse; ta-  
m, quam  
diximus:  
pationem  
unicandi  
ali-

per aliquod tempus; poterit cō-  
municare, ut libet, vel in azymo,  
vel in fermentato. Ratio est ea-  
dem, quæ dicta est eodem nu. 7.  
quia scilicet probabile est Pere-  
grino dari facultatem, sed non  
obligationem sequendi ritus  
loci. Ex defectu tamen proprii  
ritus oriri solet, ut is astrictus sit  
communicare semper in alieno,  
quando suus non adest. Ita Mon-  
tis Regalis, ubi nullum est tem-  
plum Græci ritus, Græci ado-  
lescentes, ex dicto oppido La-  
Piana, alijs Græco ritui addi-  
ctissimi, in azymo, semper, mo-  
re Latinorum, cum fermentato  
carent, communicant.